

1525 que propagandi opportunitatem elabi per focordiam permiffurum. Regem illum in potestate habere, cum quo fimultates, odiaque inteflina exercuerat, illuftrique æmulatione de Imperii dignitate paucis ante annis decertaverat: Gallias nihil non pro fui Regis libertate Cæfari conceffuras: præcipuam Italiæ partem illi obtemperare: exercitum Ducum peritia, militum virtute, recenti victoria exultantem nihil non aufurum. His fiebat, ut qui potentia principes in Italia eminerent, Pontifex, & Veneti pro illius libertate dies, noctesque excubarent. Metuebat fibi Pontifex, quod Regi Gallorum adhæferat; quod Albanix Ducem in Neapolitanum regnum bellum inferentem, per fuæ ditionis fines tranfeuntem commeatu, & milite iuverat; quod pro Rege in Insubrum poffeffione retinendo, confilio, auctoritate, viribus enixe laboraverat. Senatus autem Venetus, quod copias ex fœdere Cæfareanis flagitantibus conjungere detrectaverat, verebatur, ne ea re permotus Cæfar veteres inter Maximilianum, & Rempublicam inimicitias, ac bella memoria repetens hostile aliquid moliretur. Quocirca unum illud ad Italiæ incolumitatem, decusque retinendum hoc tempore fupereffe videbatur, ut Cæfari, fi victoria ad perturbandam quietem, præfentemque rerum ftatum uti vellet, communibus confiliis, ac viribus Clements, Senatusque Venetus obfifterent. Eam fibi animo hædere fententiam Pontifex, neque focietatem abfque Republica cum Cæfare unquam habiturum, Senatui fignificaverat.

*Joannes
Sarmenus
a Lanojo
Venetias
miffus.*

*Andreas
Naugerius
& Laurentius
Priolo ad Cæ-
farem Le-
gati.*

*Antonius
Surianus
ad Lanojæ
Legatus.*

Verum Cæfareani Pontificem, Venetosque conjunctos effe ægre ferebant; unum hoc illis, quo minus ad nutum Italiæ principibus leges dicerent, pecuniamque, qua maxime egerent, ad deducendum exercitum colligerent, effe impedimento rati. Sejungere igitur amicos principes adoriuntur; Clementem ad fuas partes pertrahere, multis propositis commodis, contendunt; Senatui, Clementis ratione pofthabita, facilia omnia apud Cæfarem fore pollicentur: propterea Joannes Sarmenus a Prorege Venetias miffus fuerat, qui partem ab Imperatore victoriam Reipublicæ gratularetur. Senatus vero Andreas Naugerio, ac Laurentio Priolo in Hispanias profectis, ut eodem officii genere uterentur, & de profpero ad Ticinum prælio Cæfari gratularentur, injunxit. Antonius autem Surianus

Bri-